Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



de munitus. Abimelech quoque audiens
uiros turris sichimorum pariter conglo
batos ascendit in montem Selmon. cum
omni populo suo & arrepta securi. precidit ar
boris ramum. impositumque ferens hume
ro. dixit ad socios. Quod me uideris fa
cere. cito facite. Igitur certatim ramos
de arboribus precidentes. sequebantur du
cem. Quo circumdantes presidium succende
runt. atque ita factum est. ut fumo & ig
ne mille hominum necarentur. uiri pa
ritur ac mulieres habitatores turris sy

PRIMUS Dies est ueteris / chem.
testamenti institutio. sequens dies
est noui testamenti illuminatio. Sequen
ti die populus in campum egreditur. cum in
noui testamenti institutione. ecclesie
populus in latitudinem gentium diffun
ditur. Hoc Abimilech nuntiatur. quia in
ueteri testamento. futura gentium saluatio
denuntiatur. Abimelech exercitum suum
tollit. & in tres turmas diuidit. cum
ueteris testamenti scriptura. in legem. in
prophetiam. & in agyographa. se distin
guit. Abimelech in tres turmas ex
ercitum suum diuidit. cum synagoga in sa
cerdotes. scribas & phariseos. populum su
um distribuit. Abimelech insidias in
agris tendit. cum ueteris testamenti scriptura in ex
ercicio littere patentis. latentes ex
cubias allegorie & moralitatis pretendit.
Abimelech uidet populum egredi
de ciuitate. cum synagoga dolet populum
credentium. in primitiue ecclesie collecti
one. de illa sua ierusalem se promouere.
Surgit in indignatione. & irruit in
eum heli sui furore. cum cuneo suo. cum il
lo sacerdotum & principum collegio. Op
pugnat per legalium cerimoniarum tra
ditionem. & obsidet. per legis defensio
nem. ciuitatem. ecclesie collectionem. & euglii
predicationem. Due turme palantes per
campum. aduersarios persecuntur. quia
scribe & pharisei in latitudine gen
tium commorantes. christiani nominis cul
tores insecuntur. Abimelech omni die
illo urbem oppugnat. quia synagoga
in noui testamenti institutione. sanctam
ecclesiam impugnat. Abimelech ur
bem capit. & habitatores eius interficit.
cum synagoga in morte STEPHANI
pro martiris. de expugnatione ecclesie hi
larescit. Ipsam destruit. cum ecclesie primi
tiue collectam in ierusalem dispergit. Ita
ut sal in ea dispergat. ut ipso sanctam a ierusalem
expellat. quibus in euglio ipse christus lo
quitur. Uos estis sal terre. Turris sychi
morum est confidentia legalium cerimoni
arum. Sychimite phanum dei sui berith
ingrediuntur. cum obseruatores legis in
superbia extolluntur. Ubi fedus cum Abi
melech pepigerant. quia per superbiam car
nalitatem ad se attraxerant. Ex eo
locus nomen acceperat. quia berith pac
tum sonat. quod superbiam designat. cum quo
primus ille parens pactum iniit. quando
contra uoluntatem creatoris sui gustum
ueteri ligni attigit. Qui locus ualde
munitus esse describitur. quia superbia cunc
torum uiciorum. munitione circumdatur.
Abimelech uiros turris sychimorum pa
ritur conglobatos audit. quia carnali
tas per uersam concordiam carnalium obser
uatorum legis intelligit. Proinde in
montem Selmon cum omni populo as
cendit. dum prudentie carnis cum omni